Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26360
Copyright: Admont, Benediktinerstift



paruulorum tuorum. qui fame perierunt in capite omnium
competorum. Per paruulis manus ad dominum leuat. qui opera
misericordie per humilibus membris xpi exaltat. Qui
fame et siti pereunt. quia terrenis adheserunt.
Hec est autem perfecta karitas. ut cor quasi aqua ef
fundatur ad dominum. et manus leuentur ad proximum. sicut
moyses leuasse manus legitur ne populus dei uince
retur. Sic paruuli ecclesie uel tenere cogitationes
animae conseruentur. Vnde. Anima mea liquefacta
est ut dilectus locutus est. Non enim cor uel anima
resoluitur a frigore infidelitatis. sine calore
diuinae inspirationis. et ideo semper orandum.
ut surgat aquilo. et ueniat auster. et flu
ant aromata. Tunc enim fluunt aromata.
oracionum. cum mens diuino spiritu afflatur.
Sed ne sola dilectio dei sufficere uideatur. le
uandae sunt manus per paruulis. qui pereunt fame
ubi in capite omnium competorum. Nisi enim in uiis
et in capite competorum essent. non fame uel siti
ubi laborassent. Sed reuocandi sunt de triuiis
et plateis. et capite omnium ~~capitorum~~ competorum ut ueni
ant ad dominum prandium. ne fame pereant imper
petuum. Leuandae sunt manus ut amalech uin